

bes hic 1. generalem interdictionem. 2. pœnam divinam, mortem æternam. Et quamvis non vocetur hæc concupiscentia totidem literarum apicibus & syllabis A-DUL-TE-RI-UM, tamen quia æternâ morte Deus dignam judicat, & severissimè clarissimis verbis in Decalogo interdicit, quis dubitet etiam in Veteri Testamento Deum concupiscentiam, quâ quis internis motibus realiter alteram adulterari constituit, & omnimodò desiderat alteram comprimere, si modò succederet, non aliter habuisse, quàm si verè corde adulteratus fuisset, cum & ipse Smalcus in Veteri Testamento internum adulterium agnoscat, contr. Frantz. pag. 247. II. patet idem ex Deut. 6. v. 5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Et Lev. 19. v. 18. Diliges proximum tuum Sicut teipsum. Qui enim concupiscit animo adulterare alteram, & constituit id effectui reddere, si succederet, ille utique Deum non toto corde, anima, & viribus colit, & diligit, appetens aliquid, quod si fieret, Deum summè offendi sciret. Sic ergò suam libidinem magis amaret, quàm Deum, volendo aliquid, quod Deus omninò fieri nollit. Sic & contra proximi dilectionem gravissimè peccatur, desiderando ipsius prostituere pudicitiam, & ad spurcissimum adulterium adducere, sicque Deum ipsi offensum reddere, vel injuriâ ipsum gravissimâ afficere, quod an cum mandata charitate consistere queat, judicium cuius cordato committimus. 3. Ex hoc fonte fluunt admonitiones Proverbiorum Salomonis, Ecclesiastæ, Jobi, Prophetarum, quos libros plura, vel præcepta, vel consilia moralia inferre & continere, quàm Decalogus habet & importat, alibi ex eo falsum deprehensum est, quia idem, quoad dilectionem Dei & proximi in moralibus dicitur in lege & libris Prophetis. Ex Matth. 22. & 7. v. 12. Sic autem illi. Prov. 6. v. 20. Conserva, fili mi, PRÆCEPTA patris tui, & ne dimittas LEGEM matris tuæ. v. 21. Liga ea in corde tuo jugiter (si hæc eadem non fuissent mandata in Lege Decalogi, quamvis non quoad *ῥητὸν*, tamen quoad *ἄρτιον* Solomon aliquid addidisset ad legem, contra expressum mandatum, Deut. 4. & 12.) & circumda gutturi tuo. v. 22. Cùm ambulaveris, gradientur tecum: cùm dormieris, custodiant te, & evigilans loquere cum eis. v. 23. quia MANDATUM lucerna est, & LEX Lux & viæ vitæ increpatio disciplinæ. v. 24. ut custodiant te à muliere malâ, & à blanda lingua

quædam. v. 15.
 cum, ne capiari
 verba respondent
 caris vinum, qu
 Job. 1. v. 1.
 quidem de v
 sunt: unusqu
 Nonquid sup
 gente non ulciscer
 concupiscentia
 severissimas ill
 non fuit præ
 non servarun
 infirmitatem, En
 mei liberati vel
 contrivi Cox eor
 fornicantes po
 rum, & cordis!
 venitransenti
 loco de spiri
 coram Deo d
 loqueretur, t
 peccato & sic for
 nunquam u
 super eos concu
 Spiritum v
 morem à conj
 tua noli de
 scandalizeri
 civitatis, ne
 tuam à mulier
 v. 9. Propter
 CONFUSIONEM qu
 ne sedas om
 & ne alterceris
 & sanguine
 loca ubi visin
 Veteri Testa